

Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob Monachii, 1705

IX. De Electioni Prævio Tractatu Capitulari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62620

actus etiam judiciales, diebus feriatis prohibiti non sunt, c. fin. ibi, Nisi Pie-tas suadeat, de Feriis, ubi Glossa V. Eôdem; quia summa ratio est, quæ facit pro religione, l. Sunt persona 43. ff. de

la in

Pag

emit-

iom.

ogni-

ad eq

smo-

irrie

ipalis ibus: estiva

don

m, li perta-pribus

nuengusin 1 con-

etu!

renda (epol-

1.6.8

riden quest O, fete

r. Reg.

it.sap

Aioni

irmit

1 favo

Relig. & Sumpt. fun.

Dubium de electionis tempore se-137. ptimò est, an ea necessario facienda sit tempore diurnò? Non solum conveniens, sed extra necessitatis casum necesfarium esse, ut hoc tempore non solum iarium eiie, ut noc tempore non Iolium
inchoetur, fed inchoata etiam perficiatur, cum Rodriquez Tom. 2. Regul. q.
51. art. 15. tradunt Miranda Tom. 2. Manual. Pralat. q. 23. art. 12. concluf. 1. &
Laiman in c. Gum in causis 30. n. 6. &,
quantumvis cam, qua nocturnô tempore peragitur, à Jure nuspiam irritatam
agnoscant, irritandam tamen docents chim agnoscant, irritandam tamen docent; cum, quòd facta sit contra SS. Canones, de no de agitari prohibentes judicia, c. Confuluit. 4 de Offic. delegati &c. Quia proptercit. & reprobantes electiones clande-flinas: cujusmodi, etiam nocturnô tempore factam censent : tum verò ; quòd sit suspecta; cùm juxta veritatis testimo-

nium, qui male agunt, oderint lucem. Dixi, Extra casum necessitatis; hac enim urgente, sicut à Jure indultum tem-pus contrahi, sic etiam electio, tempore diurnô cæpta, nocturnô perfici, aut etiam inchoari potest non tantum, si propter viciniam termini eligendi facultas sit interitura; sed etiam, si immineat periculum capituli dissolvendi, turbandæ electionis, aut istius libertatis diminuendæ, Donatus Tom. z. Prax. Regul. Traet. 3 q. 7. n. 4. Quô tamen casu, solaris & diurnæ lucis defectum supplendum: &, ne fraudibus facile sit locus, in ferendis conscribendisque suffragiis lumina adhibenda, idem n. 4. monet cum Miranda & Laiman, I. citt.

ARTICULUS. 1X.

De Electioni prævio Tractatu Capitulari.

SUMMARIUM.

- 139. Electioni pramittuntur Supplicationes,
- 140. Invocatio Spiritus Sancti &c.
- 141. Aliquando Tractatus de personis,
- 142. Et de Capitulatione.
- 143. Tractatus de personis, Jure permissus,
- 144. De fubflantia electionis non est : 145: Esse tamen potest fure speciali, 146. In Electionibus Regularium locum


- 147. Rationes pro Capitulationibus;
 148. Que, si Pralatura non prajudiscent, bonesta;
- Si ei prajudicent, Et Capitularium commodum spe-
- Etent , invalida etiam sunt, Non obstante Consuetudine,
- 152.

- Non voltante Confidentation;

 Et adjectis juramentis:

 Que pariter invalida funt,
 Sive Jus sive ratio spectetur;
 Ut opus non habeant relaxatione;
- Sed eis contraveniri libere possit,
- Simoniace tamen non funt,
- Prasertim, si conferantur in con-fensum Papa. Esse tamen simoniaca possunt.
- Severa de iis Constitutio Innocentii XII.

Lectionibus prælatorum, præfer-tim ad Ecclesias Cathedrales & Metropolitanas, præmitti fo-lent, & ex S. Synodi Tridentinæ præseripto debent Supplicationes & preces : quibus Clerus Populúsque bo-M m 3 num à





num à Des pastorem valeat impetrare, ut habetur Sess. 21. cap. 1. de Resormat.

Eidem præmittendæ etiam funt va-140. riæ folennitates, præscriptæ à Jure, vel Confuetudine introductæ: & primo quidem invocatio Spiritûs Sancti, celebratâ de eo Missa, sub qua electores omnes, etiam presbyteri, SS. Eucharistiæ Sacramentum sumant : & Hymnô , Veni San-Ete Spiritus, clara voce recitato in iplo peragendæ electionis loco, c. Cum terra 14 bic & c. Cum Ecclesia 3. ibi , Spiritus Sancti gratia invocata, de Causa poss. & propr. in quem congregandis fignum campana elt dandum, c In causis 30 Laiman in c. Quia propter 42. n. 1. & Paf-ferinus de Elett. cap. 15. n.1. Secundo, à capituli præside interponitur protestatio de non excludenda, quæ habilis : & non admittenda persona, quæ ad suffragium in electione ferendum ex quacunque causa inhabilis est : &, si quas habent, capitulares opponunt exceptiones contra votum alicujus vel plurium electorum , Pafferin. 1. cit. n. g. Tertio, abiolutio ab Excommunicatione alisque censuris, ad effectum Canonica electionis, impertienda à Legato Apostolico, vel alio quopiam præsente & prædito tali potellate , Laiman cit. n. 1.

Præterea in aliquibus Ecclesiis adhiberi solet prævius Tractatus: quô de persona eligenda in genere agitur, vel quædam personæ ad Præsaturam idonæ nominantur, & capitulo proponuntur, juxta e. Quod sieut 28. c. In causis 30. c. Cum in veteri 52. C. In genesi 53. Laiman cit n, 1. & ante eum Tholosan. de

Electione cap. 15. n. 3.

42. Imo in nonnullis, Tractatu præviô agi confuevit de Capitulatione, ut vocant, continente varios artículos, Ecclefiæ regimem rerúmque & jurium ad eam pertinentium administrationem con-

cernentes: quorum observantiam, in sue electionis eventum, capitulares singul jurati promittunt. Ex quibus

Dubium oritur primò, de necessi tate prævii Tractatûs. Non ejus, qu Non ejus, qui de hujusmodi Capitulationum articula convenitur; cum pro tali nullus Juns textus valear allegari : fed , quô de per fona eligenda agitur in genere, velqua dam personæ nominantur; hunc enin de electionis substantia esse, cum Gloss in c. Cum in veteri cit. V. In traslaulo stinent Tholosan, cit. n. 3. Barbosa Ju Ecclef. lib. 1. cap. 19. n. 183. & Donatti Tom. 2. Prax. Regul. Tract. 1.9.11.11. eum Consuetudine abrogari posse no gans, eaque motus ratione; quodifain non habeat contra Jus, actui formin præscribens cum clausula irritante: jut autem Tractatum ad electionis formin ita præscriptum, cum DD. cit. ait al. 1. dift. 23. c. Cum inter 21. c. Qued fint c. In causis citt. quibus rextibus Industrus præparatorii electioni præmissione minationis mentio fit , c. Cum in vent & c. In geneficitt. quibus electiones in prævio Tractatu celebratæ ab Innotestil III. funt caffatæ. Ratio , quâ ejus st ceffitatem fuadent, unica eft; quod lectio fit unius præ cæteris assumptio huic autem locus non fit fine pravious etatu ; cum fine ifto, quis cateris pro ferendus fit , innotescere capitulario non possit.

Sed ratio ista, sicut magnam, se lectio de extraneis & omnino ignotis pe sonis: ita exiguam vim habet, si uto rè solet, ea de notis multôque uto pobatis, & collegialibus præsertim, pe

fonis celebretur.

Non magis, quam ratio, une textus; quia imprimis can. 1, cit. 2011 de electione Papæ: à qua ad alias sementum ducere non licet; cum, qui mentum ducere non licet; cum, qui mentum ducere non licet; cum, qui mentum ducere non licet; cum qui mentum ducere non licet; c

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

ea multa singularia habet : tum verò ; quia olim in ea non, ut hodie, suffra-gium ex æquo omnes habebant, sed ad-hibebantur electiones duæ: una Episcoporum, quæ can. cit. Tractatus nomine venit : altera presbyterorum & diaco-norum, quâ isti ab illis celebratam electionem roborabant, ut cum Albano Tract. de Cardinal. q. 11. & aliis notant Passerinus Tratt. cit. q. 11. n. 69. Dein c. In Genesi cit. Tractatus nomine non intelligitur, præmissus de persona eligen-da: sed post scrutinium peractum facien-da collatio numeri vocalium ad numerum & discussio, an duo canonici essent legitimi vocales: propter cujus collatio-nis defectum, & quod non sit facta col-legialiter, electio est cassata, ut planum reddet lectio textûs, & cit. n. 69 notat Passerinus. Simili fere modô c. In causis eit. verbum Tractare idem, quod Eligere denotat; ut canonici, cum ad tra-Standum de electione Episcopi convenisse dicuntur, ad eum eligendum convenisse intelligantur, ut verbis Duos elegerunt immediatè subjectis declaratur. Quin, etsi verbô illô non ipsa electio, sed prævius tractatus denotaretur, ex ejus, uti & c. Cum inter c. Quod sicut citt. textibus, ejusmodi tractatum & nominationem electioni quidem præmitti posse : non etiam illum ad istius substantiam & valore exigi, rectè desumeretur, Passerin, site n. 69. Demum e. Chim in veteri cit-electio cassata quidem fuit propter omif-fionem prævii Tractatûs. Atnon; quòd id adversetur Juri communi: sed, quòd ettentata sit contra speciale mandatum Papæ, præcipientis, ut electio non fieret, nisi cum consilio duorum Abbatum & unius Fratris Ordinis Prædicatorum, & aliter factam irritantis: quod fieri non poterat fine prævio tractatu de persona eligenda, quàm tribus illis proponerent,

in fuz

finguli

recelli

, qui rticulii s Juris de per-l quz-c enim Gloss

atu lu-la Ju, onatu

Te no

Aavin orman

e: Jun orman

it can

od ficul

Tracla-

& no.

peter

les li

centio

uod o mptio: vio tra-is pra-clarios

n, sie tis per si per s

urgesi agitu

eorumque super illa consensum requirerent & debito tempore expectarent, ut cum Panormit. in c. cit. d n. 7. idem no-

tat n. 69. S cap. 15. n. 9.

Quare, licet tractatus de persona 145. eligenda ad electionem necessarius, eóque omisso celebrata electio nulla esse queat Jure speciali, vg. Consuetudinis vel etiam statuti Apostolica authoritate confirmati, vel etiam specialis mandati Papæ, fine ipfo, ut c. cit. aliave simili deliberatione vel alicujus dubii discussione ad electionem procedi, cum claufula irritante vetantis: Jure tamen communi necessarius nequaquam est, & accidentali-bus electionis solennitatibus meritò accensetur à Laiman in c. Quia propter cit. n. 1. Passerino cit, cap. 5. n. 65. & Pir-rhing ad hane Rubr. n. 161. quòd ejus necessitas expressa non sit Antiquo: novis-simo autem Jure Tridentini Sess. 25. cap. 146. 6. de Regul. præscriptæ Regularium ele-ctionibus formæ non congruat; cum ista exigat fcrutinium omnino secretum, ut vocalium suffragia non revelentur. Unde prævius de persona eligenda Tracta-tus Collegialis Consuetudine abrogari non folum potest, sed in multis Ecclesiis de facto est sublatus.

Dubium fecundo eft, de Tractatu 147. Capitulationis, quô à capitularibus congregatis super quibusdam articulis ab Episcopo alióve prælato Seculari aut Regulari eligendo observandis ante electionem convenitur. Pro cujus valore & honestate facit primò; quia sede vacante penes capitulum residet jurisdictio & administratio Episcopalis, c. His que I T. c. Cum olim 14. de Majorit. c. Unic. eadem Rubr. in 6. c. Si Episcopus 3. & c. sin. de Suppl. neglig. in 6. vi cujus potest amnia, quæ episcopus, nisi ipsi speciali-ter prohibita sint, ut Regulæ instar Lib. 3. Tit. 9. à n. 3. ftatuetur : & in specie

condere valet statuta seu leges, ad Ecclesiæ vel Episcopatûs bonum & utilitatem spe-Mantes, Secundo; quia, eâdem fede vacante, capitulum revocare potest à prælato defuncto malè factas alienationes, aliáque in Ecclesiæ & Dignitatis Mensæque Episcopalis damnum ac præ-judicium gesta, arg. c. Si quis 6. de Reb. Eccles. alien. ubi Glossa V. Personis Panormit. n. g. Laiman de Rer. Ecclef alienat. cap. 3. n. 39. & cit, Pirrhing Lib. 3. Tit. 13. n. 67. Cur non, & multo magis, præviæ capitulationis articulis providè cavere; ne à Prælato eligendo in ejus damnum ac præjudicium aliquid attentetur ? cùm satiùs sit damnis tempestivè occurrere, quam reparare illata, & aboccurrere, quam reparare mata, ecabata vindicare, arg. l. fin. C. In quibus caus. restit. in integ. & l. i. C. Quando liceat unicuique Tuschus Prast. V. Prevenire conclus. 446. m. s. Tertiò; quia nire conclus. 446. n. I. pro Capitulationibus militat ferè generalis & immemorialis Consuetudo Ecclesiarum Germaniæ nostræ : cujus electionibus præmitti Tractatus, Episcopatuum statum ac regimen rerumque administrationem concernens, eoque prælatis eligendis præfcribi folent varia capita : ad quorum perpetuam observantiam in cafum, quô ipsi eligantur, capitulares singuli juramenti Religione se adstringunt, Quæ consuetudo cum Naturali & Divino Juri non contraria, neque à ratione aliena aliunde sit, vim legis obtinet : &, si quæ unquam extitisset, contrariæ legi Ecclesiastica pravaluit , c. fin. de Confuet & l. De quibus 32. S. fin. ff. de LL. Unde Quarto, ad ejusmodi Capitulationis articulorum singulorum observantiam electus perpetuò fic adstringitur; ut, quantumvis aliàs, ficut ab antecessoribus fuis, sic & sede vacante à capitulo condita statuta post obtentam confirmationem revocare valeat & abrogare, ejus

revocationi tamen & abrogationi obno xiæ, ex toto vel parte tantum, non fin Capitulationes; cum ista non solumin statuta five Ordinationes capitulares: le etiam pactiones seu conventiones, ma tuô ipfius & reliquorum Capitularius confensu, libere initæ: pacta autem & conventiones, etiam cum subditis inita ex issque ortas obligationes revocant abolere non solum Épiscopus, sedPup etiam & quivis alius Princeps suprems non possit, arg.e.1. & e. Qualin ; à
Pattis; quia ad pactionum & como
tionum libere initarum observantiamo ligat lex Naturalis , 1. 1. pr. ff. de Palli & l. In bis 5. S. 2. ff. de Solutionius, Principem àcque ac subditos adstringes, Lessius Lib. 2. de I. & I. cap. 17. 18. & Molina Tract. 2. de I. & I difp. 17 n. 1. ut non immeritò Baldus dixeni Deum Principibus quidem leges: m etiam pacta & contractus subjecisse, s pud Card. Dominic. Jacobat Lib. 7.18 Concil art. 5. n. 21. 5 64.

Sed rationes istæ, licet elesten præviis Capitulationibus virile pattor nium præstent, earum tamen honestate. & valorem etiam, indiscrimination non persuadent; ut locus, imb op non sit aliqua inter ejusmodi Capata tionum articulos distinctione.

Primò enim, ex antiqua Constudine subssistant e arum articuli, quba exactò etiam jurejurandò, Prahoco gendo solummodo injungitur obiertia ejus, ad quod ex Pastorali luo oscitatenetur, vg. ut invalescentem in Doca pravam Consuetudinem tollere, deus reformare, Seminarium erigere, rembelles immobilem ab antecessor consuetudinem sollera, alla invallada conservativa del proprieta e alla sura illas conservativa del proprieta e alla sura illas conservativa del proprieta e alla sura illas conservativa del proprieta e alla sura di alla sura

busdam statutis præstita à Præstatis juramenta, quatenus ad licita possibilia & Juri non obviantia referuntur, pro obligatoriis non obscurè habentur. Ratio est; quia hujusmodi articulis Ecclesiæ ejúsque Præstaturæ gravamen aut præjudicium non infertur: sed Præstatus eligendus sui tantum officii admonetur, & ad id digne gerendum excitatur, Card. de Luca Theatri V. & I. Trass. de Canon. & Capit. disc. 29 n. 25.

i obno non fin lum fin

ares: fel s , ma ularium utem &

is inital,

care di ed Papa premus ter 3. di conveniamobe Pallu onibas, ringens, n. 13. (p. 2)3. dixent, s: not

6.7.4

lection

patroo effaten

atim in

apitula

Confus quibas lato els official Dioces clerus rem Es

e comi

9. Secundò, illiciti contrà & invalidi funt articuli, qui ad imminutionem status Ecclesse, jurisdictionis & administrationis, Episcopo aut alteri prælato Jure concesse, restrictionem rerumque aut jurium ad ejus Mensam pertinentium diminutionem tendunt, ut indubitate desumitur ex Rubrica, Ne sede vacante aliquid innovetur qua secundum omnes DD, ea saltem innovatio capitulo est interdicta, quæ in præjudicium Dignitatis & Mensæ Episcopalis, rerumque & surium ad eam pertinentium diminutionem tendit: propter cujus periculum Episcopò defuncto de Ecclesse Mensæque Episcopalis rebus, quæ servando servari possun, quidquam alienari, can. Si qua de rebus 12. q.2.c.1. Ne sede vac. & super ejus rebus juribúsque judicium, sive agendò sive respondendò, inchoari, & inchoatum continuari c. sin. eadem Rubr. prohibetur.

Ratio est partim; quia sede vacante Ecclesia ejúsque præsatura caret legitimô defensore, qui ejus res & jura tueatur, c. 1. & c. sin. citt. Ejus autem legitimô defensore carentis res & jura, in & extra judicium, in discrimen adducinequeunt; quia fungitur vice, & gaudet jure minoris ac pupilli, c. 1. & c. Auditis 3. De in integ. restit. quorum, tutore & curatore carentium, res & jura alienari, & in judicium jacturæque discrimari, & in judicium jacturæque discrim

men adduci prohibentur, l. Non folum 4. C. de Pred.min. & I. Asta 25. ff. de Re judic. partim; quia Episcopus est capituli superior, ejus caput & proprius prælatus, can. 1. S. Episcopus dest. 21. c. Irrefragabili 13. pr. de Ossic. Ordin. c. Novit. 4. De bis, qua à prelat. & Trident. Sess. 25. cap. 6. de Reformat. Superiori autem suo ab inferiore, capiti à membris & à subditis proprio suo Prælato leges & onera imponi, ejus res ac jura diminui & potestatem restringi, Jus & ratio Naturalis non permittunt, can. In santa 2. q. 7. c. Cùm inferior 16. de Majorit. c. Ex insinuatione 50. de Appell. & c. præsertim, si superior & c. jurisdictionem & administrandi potestatem non ab illis: sed, ut de Episcopis Tit. 30. à n. 76. ostendam, à Christo saltem mediatè, scilicet per suum in terris Vicarium Romanum Pontiscem, collatam habet.

Tertiò, multò magis illiciti & in- 150. validi sunt ejusmodi Capitulationum articuli, concernentes utilitatem ipfius capituli, vg. quibus jura aliqua & proven-tus Menlæ Epifcopalis in capitularem transferuntur, ut DD. nemo facile au-fit inficiari. Ratio præter allatas eft; quia, cum iple etiam Epifcopus partem aliquam redituum dignitatibus & bene-ficiis inferioribus derradam Manfer ficiis inferioribus detractam Menfæ fuæ applicare, & in proprios usus convertere etiam cum capituli consensu nequeat, Clement. 2. de Reb. Eccles. alien. ne in proprio facto & actu, suam utilitatem concernente, authoritatem ipse præstet, contra Regulam I. 1. 1. Pupillus 5. ff. de Auth. Tutor. & c. fin. de Instit. & Glossam in Clement. cit. V. Mense, multo minus capitulum folum prælaturæ vacantis jura, ejúsque proventibus detractam portionem Mensæ suæ adjicere & sibi vendicare valebit; quia ita non folum in proprio facto & in utilitatem suam au-Nn

UNIVERSITATS BIBLIOTHEK PADERBORN

thorizaret, contra U. &c. citt. fed infuper in rebus custodiæ & curæ suæ commissis male versaretur, & inferret detrimenta, quæ ex officio avertere deberet: déque rebus alienis sibi provideret, pernitiosô exemplô & maximô damnô iplius dignitatisEpiscopalis: cuj9 res & jura hac ratione plurimum cum tempore diminuerentur, & capitulo subjicerentur.

Neque hanc de Capitulationibus doctrinam convellunt, aut dubiam reddunt argumenta, allata pro earum valo-re & honestate. Priora duo; quia id folummodo perfuadent, quod ultro datur & primô distinctionis membrô est firmatum: dummodo ejusmodi Capitulationis articulis prælatis Jure concessa jurisdictio administratioque non restrin-

Tertium ; quia, sicut Capitulatio-151. nes Ecclesiæ bonum ejúsque jurium ac privilegiorum conservationem, reparationémque spectantes, condendi mos, ubi viget, servari potest, arg. c. fin. &1. De quibus citt. sicin Episcopalis dignitatis, administrationis ac Mensæ præjudi. cium tendentes fabricandi Consuetudo, Facti potiùs quam Juris, ac proinde abusus potius est, quam Jus Consuetudina-rium, partim; quia deficit in rationabilitate; cùm eâ superior inferiori, membris caput & prælatus subditis, pernitiosô exemplô & Ecclesiarum damnô, subdatur : & his in proprio facto authorizandi fiat licentia, à ratione ita aliena; ut eam vi Consuetudinis etiam immemoralis sustineri posse, cum Glossa fin. in Clement. cit. negent Panormit. n. 17. & Firrhing est. Tit. 13. n. 9. partim verò; quia in ea desideratur consensus Legislatoris; cùm cit. Clementis V. Con-Stitutione diserte reprobetur, & à Clemente VIII. inter cæteros abusus in Ecclesiarum ruinam vergentes, referantur

hi: Vacante sede bona ab Episcopi nil. Ha, quanto magis istorum Mensa de tracti reditus, in proprios usus capiula rium convertuntur , & Episcoporum in risdictio per contrarias SS. Canonibu Capitulationes & pacta constringitur, e refert Branden in Concordata Germ. No tab. 10. n. 34. 6 35.

Quartum ; quia Capitulationes, tiamsi pacta & conventiones sint, quoi ejusmodi præjudiciofos articulos valor destituuntur; cum sanctionibus Cano nicis , Rubrica & text. citt. Ne fedeva irritata : & fervanda etiam non fint, & cundum leges Imperiales; quia feus dùm istas non obligant pacta traudau causa & contra Jus inita, l. Juris genius 7. §, 16. & l. Inter 42. ff. de Pastin; ca juri publico privatorum pactionibusm queat derogari , l. Jus publicum 36. Rubric. & c. Si diligenti 12. de Foro un pet. Accedit; quod pactiones intere lectores & electum multo difficilion fint , quam ftatuta & Ordinationes le pitulares, ut paulo post patebit. E

Dubium tertium oritur de jui mento, firmandæ Capitulationi adjetti pro ejus enim valore & obligatione in Regula c. Cum contingat 28. de Junis rando & c. Quamvis 2. de Pallun cum enim debitor , sua necessitate & varitia fœneratoris coactus, damoo & injuria sua non obstante, solvere neatur usuras , quas juratus promin c. 1. & c. Debitores 6. de Jurejurana electus quoque juramentô roboratz (pitulationis articulos adimplere tendo tur, præjudiciô & rerum suarum patr râ non obstante, per Reg. cit. Nifi, ramenti relaxatione à Papa, vel remi sione à capitularibus obtentà, adjuvetti c. I. cit. c. Verum 15. de Jurejurando

At revera iis, de quibus fermod

Capitulationum articulis robur & obligandi vim non conferunt super iis præ-stita juramenta, ut cum Glossa in c. Si-cut nostru 27, V. Reducas de Jurejurando, Panormit. pr. Zabarella S. Mandamus, Baldo n. 1. & aliis ejus textûs Inmu, Baido n, t. & aliis ejus textus Interpp. docent Sylvester V. Juramentum 4. q. 15. Pavinus de Off. & Potest. Capit. Sed Vac. p. 1. pr. q. 6. à n. 8. Flaminius 154. Lib. 3. de Resignat. q. 14. n. 10. & alii, nemine diflentiente; cum juramenta illa pro illicitis & invalidis a perté habeantur c. Sicut 27. cit. & c.1. de Jurejurando in 6. conorum textunum priori talia juramenta. quorum textuum priori talia juramenta ab Innocentio III. quòd incautè & indebite præstita sint, Perjuria nuncupantur: posteriori Nicolaus III. ea , super ejusmodi Capitulationibus generaliter præstita, ad eos duntaxat articulos, qui in iis liciti & possibiles funt , extendi declarat; ut jurantes ad eorum tantum, non etiam ad aliorum articulorum, observantiam adstringantur. Quæ istius Papæ Constitutio à Pio V. Constit. quæ incipit Durum nimis pridie Calend Junis 1570. & Gregorio XIII. Constit. quæ incipit Inter Apostolicos edità Nonis sept. 1584. est innovata: & non solum ejusmodi articuli issque adjecta juramenta irrita declarata sunt : sed insuper ii , qui ista scienter præstarent, usu & commodô rei, cujus causa jurarunt, eô ipsô privati: ea verò exigentes Episcopi & re-liqui Ordinis Episcopalis prælati à Divinis suspensi: capitula verò seu Conventus, earumque Ecclesiæ & loca interdieto Ecclesiastico supposita : singulares demum personæ excommunicatæ : earumque Censurarum relaxatio absolutioque sedi Apostolicæ est reser-

pie reli. nsæ de

apitule. rum ja monibu

tur, E

rm. No ones, a

, quoal s valore

Cano-

ede va

fint, fo

a secus

audani

gentia

is; cu

ibus no

m 36.5

70 600

inter o

ones Co

le juit

adjedo

ne fici Jump

mnô li vere to omilia urania

rata Co

tenth

m jathe

Nili,

l remi

Juvetu

ando.

Ratio nullitatis juramentorum, quo-155. Ratio numtatis jurante in omni ju-ad dictos articulos, est; quia in omni juramento tacitè inest conditio, Si potue-ro, arg. l. Impossibilium 185 sf. de R. I. non solum de Facto, sed etiam de Jure hoc est, Si licitè potuero; cum id solùm dicamur posse, quod justè & honeste facere possumus, can. Faciat 150 juncta Glossa V. Quod potest 22. q. 20. Unde, quod de Capitulationis observantia ante electionem prælatus præstitit, ad ejus articulos licitos duntaxat & poffibiles se extendit: non etiam ad illicitos, sive eos, qui in Dignitatis & Mensæ Episcopalis præjudicium tendunt. Quorum ulterior & fundamentalis ratio eft ; quia, cum juramentum institutum non sit, ut esset vinculum iniquitatis, can.
Inter catera 24. q. 4. & c. Quanto 13. de
Jurejurando, validum & obligatorium
non est, quod de re illicita est, ut estim habetur can. Est etiam 2. can. Quod Da-vid 3. Ge. q. cit. G Reg. Non est obliga-torium 58. in 6. De re autem illicita esse juramentum, quô ejusmodi articulorum observantia promittitur, extra omne dubium est; cum tendat in præjudicium Dignitatis, Potestatis & Mensæ Episcopalis, ejusque rerum & jurium diminutionem : quæ juranti, tam antè & Sede adhuc vacante, Rubrica c. 1. & c. fin. Ne sede vac. quam post electionem prohibita funt ; cùm ea illæsa conservare & læsa reparare prælatus ex officio teneatur, can. Si que 12. q. 2. c. Nulli 5. c. Si quis 6. &c. de Reb. Ecclef. alien. 1mò juramentum illud apertè pugnat cum altero, quod in sua consecratione vel be-nedictione præstare præsatus debet & habetur Pontific. Rom. Titt. de Confec, E. pisc. & de Benedict. Abbat.

Neque pro hujusmodi juramento facit Regula , c. Cum contingat & c. Quamvu citt. quia huic locus non est in juramentis, Jure irritatis & præstitis de

Nn 2

re illi-



re illicita atque impossibili, ut abunde est

Quare, ad Episcopatum evectus, ab 156. eiusmodi articulis Capitulationis recedere, eisque contravenire potest, non expectatà vel petità juramenti relaxatione vel absolutione c. Sicut & c. 1. citt. Glossa in c. Sicut cit. V. Reducas ubi Panormit. n. i. Laiman. n. 2. & Wagnerek S. Unde ; quia relaxatio & absolutio supponunt vinculum & obligationem, quæ relaxentur : juramentum autem, de re illicita præstitum, vinculum & obligationem præstandi, quod, eô mediante, promissum est, non inducit; ac proinde nulla opus habet relaxatione vel remissione, secundum receptam doctrinam D. Thomæ 2. 2. q. 89. art. 7. 6 9. Guttierez de Jurament. p. 1. cap. 72. n. 5. & Sanchez Lib. 3. Moral. cap. 9. n. 13. qui propterea e. Pervenit. 2. & c. Cum quidem 12. S. fin. de Jurejurando & simi-les textus alios, pro absolutionis necessitate allegari solitos, vel de absolutione à peccato, quod temerè & incaute jurandô commissum est, vel de absolutione solum interpretativa & nullitatis declaratoria, non de dissolutiva vinculi sive obligationis promissa adimplendi, intelligunt cum Glossa fin. in c. Pervenit. cit. quam etiam secuti sunt Suarez de Juram. lib. 2. cap. 15.n. 8. & Barbosa in c. Cum quidam cit. n. 5. in fine.

Consirmatur; quia Episcopus liberè revocare potest, que antecessor & ipse etiam promotus, in Ecclesiæ & Mense sue preiudicium concessit, e. Si quie eit. non obstante juramentô, prestitio de iis non revocandis, Gloss. in e. eit. V. Alienator, ubi Panormit. n. 7. & Barbosa n. 8. Ergo multo magis revocare valet, que in eius preiudicium promistante electionem; quia ista secuta muta-

tus est status personæ: & ex Ganonios Episcopus atque, ut Baldus in e. Sicus cie. n. 4. loquitur, quodammodo novus homo est sactus; ac proinde, que ut Episcopus potest: sicut in simili de Cardinale, ad summum Pontificatum evecto, cum eodem docent citt. Jacobatius cap. 5. n. 212. & Flaminius Lid. 3. de Resig. q. 18. n. 191.

Dubium quarto est, an huus.

modi articuli infecti vitiô Simonia; a proinde non solum vition ipsi fint, sel vitiosam & irritam reddant electionem, juxta c. Matthaus 24. & Extravag. 2 V. Per electionem inter Comm. de Si-Dubitandi ratio oritur et monia. Summa 8. q. 3. qua pactiones conven tionésque præviæ specialiter ab eledione: & ex c. Cum clericio. & c. fin. Di Pattis, quibus textibus illæ generalite, tanquam Simoniacæ, reiiciuntur. St his textibus intacta relinquitur hoas stas articulorum , qui electum ad la duntaxat officii observantiam adlira gunt, ut recte observat laudatus de Luca cit. difc. 29. 1. 5. cum exploratus fit , ea , quæ ex natura rei infunt, & Jure sunt debita, ut quæ ex officio di gnitati annexo, prælato imminent, i pactum licitè deduci & promitti, i tiam in spiritualibus & collatione bent ficiorum posse, arg.c. Significatum 112 Prabend. Glossa in c. Significații 4.1. Conditione, de Electione ubi Panormi n. 4. Felinus in c. Ad audientiam 34 de Rescript. n. 8. Garcias p. 8. de Bont cap. 2. n. 14. & Suarez de Simonia in 39. n. 16.

Iisdem textibus etiam articuli, mit rejecti, fimoniæ non convincuntur; qua capitulationes non tam pactiones conv ventiones funt inter eligentes & electum chim sha

UNIVERSITATS BIBLIOTHEK PADERBORN cum adhucnemo electus, & quiseligendus sit, ignoretur, & extranea persona non minus quam capitularis esse possit : quam quædam statuta seu Ordinationes capituli, huic quatenus in Ecclesiæ & Diecesis bonum tendunt & prælaturæ præjudicium non afferunt, consuetudine permissæ. Quæ ratio est; cur ejusmodiarticuli citt.c. Sicut & c.1. de Jureju-rando non quasi simoniæ labe infecti: sed ratione damni ac præjudicii, quod dignitati, Authoritati & Mensæ Episcopali inferunt, reprobentur. Ab eadem labe ipsos absolvit Praxis Romana, qua electiones, præviis capitulationibus celebrata, non ut simoniaca folent & de Jure debent, irritæ declarantur: fed, fi aliôdefectu substantiali non laborent, authoritate Apoltolica confirmantur, rejectis duntaxat articulis, qui in prælaturæ damnum & capitularium commodum vergere videntur, teste de Luca cit. disc. 29.

onico

Sieut

novus

12 ut

ocare ili de

Jaco-Lib.

oius-

, led nem, 2g. 2,

de Si-

ur et

nyen-

ectio.

n. Dt

Aliter, Sed hone-ad fui litrin-le Lu-

ratum t, &

ciodi it, in

bene-114

ormit, m 34. Benef.

4 649

, ante ; quia k con-

Multò magis à Simonia remotæ capitulationes sunt, si, ut ferè solent & debent, effectum sortiantur, non ex solo facto capitularium eas fabricantium: sed ex beneplacito sive approbatione sedis Apostolica, ut ante istius approbationem non omnino perfectæ & plenè sint con-clusæ; cum in consensum & ratihabitionem Apostolicam collatæ, non ordinationes duntaxat, sed conventiones quoque & promissiones à Simoniæ vitio immunes efe, Felini I. cit. Navarri Manual. cap. 23. n. 107. Flaminii de Confid. q. 40.n. 11. 5 44. &c. doctrina, ratioque perspi-cua sit; quòd, si illis ita initis sedis Apostolicæ beneplacitum accedat, ea, quæ ex ipsis præstanda sunt, præstari censeantur non tam ex consensu & conventione capitularium, quam ex voluntate Papæ: qui supremam plenamque de dignitatibus, beneficiis ceterisque rebus ac juribus Ecclesiasticis disponendi habet potestatem, c. Licet 2, de Prab. in 6, & Clement, 2. Ut lite pend.

Alia ratio estarticulorum, spectan- 159. tium capitularium commodum & habentium rationem pactionis, & in confenfum Apostolicum non relatorum, vg. quibus aliquis, ceteris Capitularibus exigentibus, rerum ac jurium ab Episcopali ad Capitularem Menfam translationem promitteret vel offerret, si electionem de sua persona celebrent &c. Tales enim issque similes, Simoniæ vitiô apertè infecta, utique inficerent & nullam redderent electionem, juxta c. Matthaus & §. Per electionem citt. cum iis pro spirituali aut huic annexo temporale promitti pa-lam sit. Cujusmodi illicitos pactionum & Capitulationum articulos, ut è medio tolleret, eisque in futurum omnem ansam præcideret, Innocentius XII. novissime severissima Constitutione quæ incipit Ecclesia 22. Septembr. 1495. publica-tâ, ante memoratorum Nicolai III, Pii V. & Gregorii XIII. Prædecessorum suo-rum Constitutionibus innovatis & per omnia confirmatis, ultra pænas iis impo-fitas, Imprimis ejusmodi Capitulationes, Pactiones, Concordata &c. condere & inire præsumentes dignitatibus, canonicatibus & aliis beneficiis: &, si Regulares sint, voce activá & passiva, & generaliter muneribus & officiis obtentis privavit, & ipsô factô privatos declaravit : atque ad illa & alia quæcunque obtinenda inhabiles reddidit. Deinde in posterum Capitulationes, Pacta&c. quæcunque ante ipsam electionem postulationémve condi & iniri, sub iisdem pœnis earumque reservatione & actorum irritatione, prohibuit. Et demum, post electionem &c. jam peractam ea condi & iniri quidem non ve-Nn 3

euit: condita tamen initave judicio Apostolico submitti, eorumque executionem, donec à sede & authoritate Apostolica confirmentur, omnino suspensam esse, voluit ac præcepit.

ARTICULUS X.

De Electione per viam Inspirationis vel quali.

SUMMARIUM.

261. Electionum Forma olim diversa:

Hodie tres funt. 362.

Prima per Inspirationem Divi-163. nam,

164. Vel quasi- Inspirationem: 165. Cui in Regularium electionibus

165. bodie locus non eft.

Cclesiis, Pastore viduatis ac vacantibus, prælatos præficiendi non eundem semper modum in Ecclesia observatum, supra dictum est 21. 13. Electionum etiam, postquam clamore & consensu populi excluso ipsis Ecclesiarum Capitulis permissa ac stabilitæ funt, c. t. c. Cum terra 16. &c. non unam eandémque, sed pro temporum & locorum varietate varias Formas adinuentas, c. Quia propter 42. pr. infinuatur; nam & per fortes, c. Ecclefia 3.de fortileg. & per calculos, fabas, lupinos &c. in urnam aut ad id destinatum vas conjectos, celebrari consueverunt. Ex quibus eligendi modis; malitiosorum hominum fraude plerumque excogitatis & sensim introductis, cum gravia incommoda & pericula Ecclesiis imminere usu compertum effet, illarum indemnitati & utilitati

prospiciens Innocentius III. in Concilio, Lateranensi c. Quia propter cit. pr. illa rejectis, Canonicæ electionis Formamti-plicem in posterum observandam proposuit, scilicet Inspirationem, Scrutinium & Compromissum: quarum Formann primam immediate à Deo: alteramDin no instinctu à Canone: postremana homine proficifci, afferit Hoffiens, in "

Inspiratio Divina, aliquando ver aliquando quasi à Deo esse: & vera qui dem inspiratio dari dicitur, quando co ta persona Ecclesiæ præsicienda per ve ram Dei revelationem designatur : quo modo S. Mathias in Apostolatu Juiz proditori fuffectus eft, Actor, cap. 1.4 16 S. Nicolaus adhuc laicus in Episcopus electus: S. Severus ex lanificio ad Archie piscopatum, & S. Ambrosius necdum b ptizatus ad Mediolanensem Ecclesian assumpti perhibentur post can. Statuinu 7. S. His omnibus dift. 61. Atqueto jusmodi electionis, peccatis nostris in pedientibus, nunc adeò rara exemple funt; ut per commentum dici soleat, to lumbam, cujus indiciô quondam elist bantur Archiepiscopi Ravennates, 1001 vo interfectam, teste Joan Andr, it Quia propter cit. n. 40. Si quando autis talis aliqua electio daretur, & de inlpite tione sive revelatione Divina rite con staret, ulteriori humana confirmaticat non indigeret; cùm, quæ spiritu Dage runtur, sub lege non sint, can. Du 19 q.2. Baisius' de Elett, p. 3. cap, 16 n.i.
Quasi-Inspiratio dari censerun, qua

do, nullô præcedente tractatu vel dip tatione de certa persona, electoresinh co folito congregati unanimiter omno fimul vel, uno aliquem nominante, the qui omnes in eum fine contradiction aut hæsitatione statim consentiunt